AUGUSTINUS. PS. CLEMENS I. PAPA. HENRICUS DE HASSIA. THOMAS HALENSIS. AUGUSTINUS. PROSPER AQUITANUS. MARTINUS DE LEIBITZ. LEGENDAE SANCTORUM

Melk (?), 1461-1469 Seite 37v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40036
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Sanctus Jeronimus in epistola lxxxvi.

De sancto Josef et eius genealogia Capitulum de nimi.

Erat inter ceteros homo Josef de domo et familia David. cui potissimum ipso desponsari debere et legali iure et generis successione videbatur. Johes damascenus ex cathena ipse salomonis filij David nathan habuit vxorem ex qua genuit iacob. Defuncto autem nathan melchi ex tribu nathan qui filius qdem leui fuit ac pantheris nupsit vxori nathan matri iacob. et genuit ex ea heli. facti sunt fratres vterini iacob et heli. iacob quidem ex tribu salomonis. heli ad ex tribu nathan. Defuncto autem heli ex tribu nathan sine liberis. et accepit iacob frater eius qui erat ex tribu salomonis vxorem eius. et suscitauit semen fratri eio et genuit Josef. Josef igitur natus est filius iacob ex descensione salomonis. sedm legem ad heli qui ex nathan affricanus de concordia euangeliorum. Vocabatur autem mater sancti Josef estha Jeronimus in epla lxxxvi. Cum ad magnum videret Josef se ipsum puerorum esse hominem tenera virginem ducere vxorem certis virgis suis nupta oracum affinitibus solus ipse sua subtraxit. Vnde cum in chl dina vox sonuit apparuisset pontifex iterato dmi silendum putauit. Qui rendit soli illi ex hijs qui designati erant virgam non attulisse cui virginem desponsare debet. De desponsatione ipsius glose virginis marie celitus ostensa. xj.

Proditus itaque Joseph cui virgo sua attulisset et ipsa illico flore germinasset et in eius culmine columba de celo veniens insedisset. liquide omnibus patuit ipsi virgine desponsandi fore. Igitur nupta iure de more celebrato. ipse quidem in bethleem ciuitate resedit domum sua di